



COMMENTÁRIUS NUBECULÁTUS LATÍNE SCRIPTUS ..

Iúvenis®

An. XXVIII Fasc. I

www.elimagazines.com

Áliqui locus,
áliquod studium

ADHIAMBO
NATÚRA AMAT

Investigátió
QUALIS
TERROR!





Roma... per sex signa

LUPA
CAPITOLÍNA



M^{les}USICOS

Quale lumen!




Recēntes nuntii

Qualis prospēctus!

Amerīndi quaestum faciunt e pulcherrimis locis ubi vivunt. Sic tribus Hua lapai pontem exstrūxit e chálybe* et vitro factum, supra Magnum Canyon. Nomen huius pontis est *Skywalk*, est 21 metra longus et eius altitudo est 1300 metrōrum. Cum vitreus* sit, spectāculum vobis praebetur... ineffābile!

Pretium huius pontis est triginta miliones dollariōrum; centum viginti hōmines in eo possunt una ambulāre et terrae mōtibus resistere valet. Ecce bonum itineris propōsitum, nonne?



Ludus

Quod aedificium est in toto orbe terrarum altissimum?

- Taipei Financial Center
- Petronas Tower Kuala Lumpur
- Tour Eiffel Paris
- Sears Tower de Chicago
- Two International Finance de Hong Kong



Solutio est pagina 15.



GLOSSARIUM

chalybs: metallum durum
vitreus: ex vitro factus ineffabilis: qui dici non potest



Salvete, amici!

Gaudeo quod una erimus hoc anno. In Iuvene multas res attractivas inveniētis, atque, imprimis, linguam Latinam modo novo et iucundo exercēbitis.

Laetāmini!

Gaius

4 Nuntii Latini
Quis linguae Latinae studet?

5 Familia Clacson
Finis inexpectatus

6 Investigatio
Qualis terror!

8 Macrocollum
Forum Romanum

10 Aliqui locus, aliquod studium
Adhiambo naturam amat



12 Roma... per sex signa
Lupa Capitolina

14 Quo ludo ludemus?

16 Imāgines et verba
Quid agant animālia

Iuvenis

Libellus
 Eurōpae
 communis:
 A2-B1

info@elimagazines.com



Grammātica

- pronōmina
- advērbia
- nūmeros
- praepositiōnes
- vocem passivam

Quis linguae Latínae studet?

Lingua Latína est derelicta? Mínime!
Multi hómines in toto orbe terrárum
linguae Latínae student et Latíne
loquúntur. Ecce nonnúlla exémpa.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

In Itália, lingua Latína adhuc est matéria scholáris in Lycéis Clássicis et Scientíficis. In Finnia, radiophónia pública nuntios Latínos p ropónit, quos multi auscúltant. Lingua Latína adhuc est lingua officiális Sanctae Sedis Romae. In Unióne Europáea multi suádent ut lingua Latína fiat lingua commúnis. Lingua enim Latína est fundaméntum multárum linguárum

Europaeárum, sed nullíus natiónis est lingua própria; e rgo néminem laedit*. Céterum etiam Europae senténtia est Latína: " In varietáte concórdia". Trans océanum, senténtia Civitátum Foederatárum Américae Septentrionális etiam est Latína. Et quid de Harrio Potter? Iste mágulus* permúltos* adulescéntes ad linguam Latínam alléxit*!

GLOSSÁRIUM

laedere: offéndere
mágulus: parvus magus
permúlti: valde multi
allicere: attráhere

Senténtia

Quae est senténtia Civitátum Foederatárum Américae Septentrionális? Útere códice secréto et ínveni.

B = 🍷	N = 🌸
E = 🍷	P = 🍷
I = 🌸	R = 🍷
L = 🍷	S = 🍷
M = 🍷	U = 🍷

🍷 🍷 🍷 🍷 🍷 🍷 🍷 🍷

Solútio est página 15.

Et Tu?

Ínveni tuam senténtiam!


.....
.....

Harry Potter





Finis inexpectatus



Hodiérni* iúvenes multum amant pelliculas et libros terribiles. Vos quoque? Cur? Hoc una inquirámus. Intrémus in mundum terróris.

Quajis terror!

Quid est timor?

Timor est instruméntum defensiónis. Timor enim nos deféndit ab iniúriis. Ergo páululum timére útile est, quia sic protégitur. E contrario, nimis timére malum est, quia tunc non iam líbere vívimus. At cur hodie iúvenes tantum cupiunt terréri?

Grati timóres

Pelliculae et libri horribiles multum amántur. Iohánnes Carpenter, qui pelliculas fecit ut *Halloween* et *The Thing*, dicit iúvenes amáre timórem "tutum", i.e. ubi heros hostes vincit et proflígat*. In campo lusório, de alto decídere aut "domos maléficas" intráre non est periculósum. Hómines ob timórem úlulant, sed in fine sunt salvi. Dénique hómines hoc modo possunt se ipsos temptáre, ánimi permotiónes* experíri et... delectári.

Bram Stoker Award

Hoc est praemium consociatiónis *Horror Writer's Association*; nomen tráhitur a conditóre Bram Stoker, auctóre libri *Dracula*. Hoc praemium tribúitur óptimo libro horribili. Incredíbile, sed verum: quintus liber Harrii Potter, *Harrius Potter et Ordo Phoenícis*, quem J.K. Rowling conscrípsit, hoc praemio honorátus est.

Harrius Potter terret

In nonnúlhis terris, iunióres vetántur Harrium Potter légere. In Anglia, quarta eiúsdem pellicula c.t.* *Harrius Potter et Calix Ignis* pueris duódecim annis minóribus non monstrátur. Dicunt enim in hac pellicula esse scaenas nimis terríficas, sicut ea, ubi grex *Eaters* cucullátus* invádit campum Quidditch. Et in áliqua schola in Califórnia magístri vetuérunt discípulos librum *Harrius Potter et Princeps Mixtícius* inscríptum* légere, quod esset nimis phantásticus, a rebus veris nimis aliénus.

Quid de te?
Timésne? Quid times?

Ludus

Quae signa ad festum
Halloween spectant?



1. vespertílio



2. cucúrbita



3. canis

4. manúbrium* scopárum



5. bubo

6. color albus

7. color aurantiácus*



Solútio est página 15.





GLOSSÁRIUM

hodiernus: qui hodie vivit

profligare: cædere

permotio: perturbatio

c.t.: cui titulus est

cucullatus: qui caput habet cucullo
opertum

inscriptus: qui titulum habet

manubrium: pars instrumenti quam
manu tenere possumus

aurantiacus: color pomi Sinensis

pronomen, vox passiva

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

Macrocollum

FORUM ROMÁNUMUM



Forum Románum erat
nucleus civitátis,
sedes vitae políticae,
iuridicae et sociális.
Ibi erat Curia, sedes
Senátus, Rostra,

unde oratóres verba
faciébant, templum
Vestae, Romae
tutricis, in quo
contínuo ardébat
ignis sacer signum

vitae Románae, Via
Sacra et Rómuli
s epúlcrum.
Initio nihil erat nisi
palus, quae postea
exsiccáta est per

Cloácám Máximam.
Hodie in urbe Roma
forum est máxima
antiquórum
monumentórum
area.

Indus

Initio haec palus erat:

- A.** coemetérium
- B.** a rx
- C.** mercátus piscium

Solútio est página 15.



Aliqui locus, aliquod studium


In hac nova rubrica vobis proponemus historiam alicuius pueri puellaeve, qui (aut quae) narrat de regione sua et de studio suo praecipuo.*

Adhiambo

naturam amat

Quis est?

Nomen: Adhiambo, quod significat "puella nata post solis occasum"
Locus: Nairobi, in Kenya
Aetas: 16 anni
Actor dilectus: Brad Pitt
MUSICUS dilectus: Youssou N'Dour
Amo: musicam auscultare et ambulare
Non amo: vespere domum matüre redire
Sententia: "Parvi gradus mundum mutant"
(Wangari Maathai)




Adhiambo

Studium


"Ante omnia, naturae propinqua esse volo. Particeps sum consociationis *The Green Belt Movement*, cuius conditrix Wangari Maathai ab anno 1977 pugnat contra desertificationem* atque naturam in Africa tuetur*. Quid agimus, amici mei egoque, in hac consociatione? Multas res, sed imprimis* arbores serimus. Iam amplius decies centena milia arborum serimus.

Inter ferias conventus participare soleo, in quibus agitur de natura. Hoc est valde iucundum, atque consuetudinem sic iungo cum multis hominibus. Cum Wangari Maathai praemium Nobelianum accepit, nos omnes plurimum gavisi sumus et magnum festum fecimus."

www.greenbeltmovement.org



Mercátus in vico meo.



Laóphorum, quo convéntum consociatiónis nostrae petivimus.



Mater mea est magistra.
Ecce eam cum nonnüllis discipulis.

LOCUS

Nairobi, urbs caput Kenyae, est una ex Áfricæ máximis úrbibus. Ibi fere quattuor miliónes* hóminum hábitant, quorum magna pars (55-60 %) vivit in sórdidis casis, sine aqua, sine cloácis, sine electricitáte.



Nomen urbis venit e vocábulo linguae Maasai *Enkarenairobi*, quod significat "aquae frigidae". In hac urbe hómines linguis utúntur sive Swahili sive Ánglica.



Aliqua via in urbe mea.

Hoc in urbe Nairobi singuláre est, quod inest magnum viridárium nationále. Ibi etiam plura sunt animálium génera, quam in ulla alia urbe.



Participes consociatiónis *Green Belt Movement*, qui conditricis praemium Nobelianum célebrant.

GLOSSÁRIUM

- praecipuus:** primus
- desertificatio:** progréssio terrárum desertárum
- tuéri:** protégere
- imprimis:** ante omnia
- milio:** decies centéna milia

"Parvi gradus mundum mutant"
Wangari Maathai

Roma... per SEX signa

Iter nostrum Románum incohámus. Sex urbis signa,
sive insignia, nobis patefácient* Urbis históriam
et cultum civilem. Imprimis, certe: lupa.

Lupa Cap

Haec statua Etrúsca,
qua lupa fíngitur geméllos
Rómulum et Remum lacte suo
nútriens, est Romae insigne et
paulátim facta est quasi numen
tuteláre* civitátis. Est quinto
sáeculo a.C.n.* confécta.
Anno 65 a.C.n. fulmen
geméllos delévit.



Lupa est ánimál
sacrum. Etrúsci eam
habébant pro imáginé
dei inferórum. Sabíni eam
coniungébant cum deo
Mamérte, qui est Mars,
pater gemellórum.

Medio Aevo statua
cóndita est in Lateráno.
Deínde papa Sixtus IV
eam posuit in Palátio
Conservatórum, in
Capitólío, et geméllos
fúlmine delétos curávit*
reficiéndos.
Quod anno 1473 fecit
ártifex Antónius Pollaiolo.

Státua postea complúries
est transportáta, dénique,
anno 1586, in Palátio
Conservatórum definitíve
depósita. Duo sunt exépla,
áalterum in Capitólío,
sub divo, áalterum in palátio
Montecitorio.

GLOSSÁRIUM

patefácere: osténdere

tuteláris: qui tuétur

a.C.n.: ante Christum natum

curávit reficiéndos: curávit ut reficeréntur



itolína

Ludi... quo plura sciámus



Nomen Romae

Plutárchus de nómine Urbis tres explicatiónes propónit. Comple senténtias et ínveni: nomen Romae venit...

1. e v_cáb_lo Rhome, qu_d signific_t "vis".
2. e nómin_ uníus e Troián_s, qui A_n_am comitab_ntur.
3. e nómine fili_ _ reg_s Ítali.



Verum an falsum?

- | | | |
|---|--------------------------|--------------------------|
| | V | F |
| 1. Rómulus et Remus nati sunt e stirpe Aenéae. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 2. Aenéas Troia effúgit Albámque Longam cóndidit. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 3. Rómulus Romam in monte Aventino cóndidit. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 4. Fábula de Rómulo et Remo constitúta est inter quartum et tertium saeculum. | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |

Rómulus et Remus

Comple narratióem rectis vocábulis

Haec de geméllis Rómulo et Remo narrántur: filii sunt _ _ _ _ _ et Vestális _ _ _ _ _ quae erat neptis _ _ _ _ _ regis _ _ _ _ _ . Amúlius iubet geméllos in flumen próiici. Non tamen péreunt, ut rex volébat, sed corbis, in quo pósiti erant, ad ripam deportátur. Áliqua _ _ _ _ _ eos invenit nutritque. Deínde pastor _ _ _ _ _ eos domum suam ducit. Rómulus et Remus, adúlteri facti, Amúlium occidunt. Duo fratres novam urbem cóndere volunt, sed inter se rixántur, atque Rómulus _ _ _ _ _ necat Romámque condit.

ALBAE LONGAE ■ MARTIS
FAUSTULUS ■ AMULII ■ LUPA
REMUM ■ RHEAE SILVIAE

Solutiões sunt página 15.





	gradus inițialis	primus gradus	secundus gradus	tértius gradus	quartus gradus	quintus gradus
--	---------------------	------------------	--------------------	-------------------	-------------------	-------------------

SUBNOTAȚIÖNES ET QUAMVIS REM postuläre póteris a domo
ediťoria quae in nátiöne tua métrusús línguárum commentariösis
dispérit. Inscriptiönem autem cursuálem iuxta invénies.

Domus Editoriae ELI Distributores

AUSTRALIA & NEW ZEALAND - HEINEMANN EDUCATION
20 Thackray Road, Port Melbourne, Victoria 3207

Toll-free phone: 1-800-810-372

Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265

E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au

BELGIÉ - MERLUN EDUCATIVE MEDIA

Postbus 860, 3800 AW Amerstfoort, Nederland

Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87

E-mail: mic@euronet.nl

BULGARIA - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE

j.k. Mladost 1, bl. 24, 1712 Sofia, Bulgaria - tel/fax: +359 2 767783

E-mail: oksinia@abv.bg - web: www.oksinia-bg.com

CANADA - THE RESOURCE CENTRE

P.O. Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9, Toll-free phone:

1-800-923-0330 - Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629

E-mail: resourcecentre@sympatico.ca

ČESKÁ REPUBLIKA - DIDAKTIS spol. s r.o.

Kastanova 141 b, 617 00 Brno

Tel. +042 543250078 - 543250076, Fax +420 543250732

E-mail: didaktis@didaktis.cz - Website: www.didaktis.cz

DANMARK and FAER ÖER - FORLAGET ÅLÖKKE A/S

Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8740 Brødstrup

Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074

E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

DEUTSCHLAND - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB

Leipziger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main

Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054 - E-mail: zambon@onlinede

EIRE - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD

Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PD, UK,

Tel. +44 (01242) 245 252, Fax +44 (01242) 224 137

E-mail: rhc@esh.co.uk - Website: www.esb.co.uk

ELLÁS & CYPRUS - GM PUBLICATIONS

Kleomidou 2, 10443 Athens, Tel. (0210) 5150201,

Fax (0210) 5143383, E-mail: gmffbook@otenet.gr

ESPAÑA - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelú, 15

20280 Hondarribia, Tel.(943) 640 412 - 641 053

Fax (943) 643 863 - E-mail: editorial@stanleyformacion.com

Website: www.stanleyformacion.com

FINLAND - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY

P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,

E-mail: lehdet@suomalainenkkf - Website: www.suomalainen.com

FRANCE - PIERRE BORDAS ET FILS

Diffusion: EDITIONS DU COLLEGE, 26110 Vinsobres

Tel./Fax (04) 75 27 01 11 E-mail: contact@editions-du-college.fr

F.Y.R.O.M. - TP. ALBATROS

Bul. III Makedonska Brigada 23/11, 1000 Skopje,

Tel./Fax (022) 463 849 / 469 781 - E-mail: hasovskib@yahoo.com

HONG KONG - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE LTD.

27E Shield Industrial Centre, 84-92 Chau Wan Kok St., Tsuen

Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322, Fax (02) 413 7049,

E-mail: info@transglobalpsl.com

ISLAND and GRÖNLAND - FORLAGET ÅLÖKKE A/S

Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8700 Horsen, Danmark,

Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,

E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

ITALIA - ELI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701,

Fax (071) 977851 - E-mail: info@elionline.com - Website:

www.elionline.com - Direttore responsabile: Lamberto Pignini.

Realizzazione testi: Licoppe - Deraedt. Autorizzazione Trib. di

Macerata N. 233 del 04 luglio 1984. Realizzazione: Tecnostampa.

Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio) e

16,90 (singolo) e 12,90 (da 2 abbonamenti in poi) da versare sul

c/c n. 11023629 intestato a: European Language Institute, 62019

Recanati. © ELI Italy 2006

MAGYAR KÖZTÁRSASÁG - LIBROTRADE KFT., Pf 126 H-1656

Budapest Tel. (01) 254-0-254, Fax (01) 256-8-727,

E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu

MALTA - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS

Brianza, Mediterranean Street The Village, St. Julian SGN 07

Tel. (021) 378576, Fax (021) 374822 - E-mail:

sierrabooks@omvol.net

NETHERLAND - MERLUN EDUCATIVE MEDIA,

Postbus 860, 3800 AW Amerstfoort, Tel. (033) 463 7261,

Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl

NORGE - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12 -

Bygg A Postboks 13 Oppsal, 0619 Oslo, Tel. (022) 657 124,

Fax (022) 657 825 - E-mail: skoleavdelingen@korinor.no -

Website: www.korinor.no

ÖSTERREICH - ÖBV-KLETT-COTTA Verlags GmbH

Hohenstaufengasse 5, 1010 Wien - Tel. (01) 533 8366,

Fax (01) 535 9843 - E-mail: eli@klett.at - Website: www.klett.at

POLSKA - Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Orłat Lwowski 5,

Skr poczt 1238, 50-986 Wrocław 44, Tel./Fax: (071) 359 3772

E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl

PORTUGAL - EDITORA REPLICACAO Lda, Rua Pedro de Sintra,

26-A, 1400-277 LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584

E-mail: replic@mail.telepac.pt

ROMANIA - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL

Str. Rasplantiilor 32, ap 2 - sector 2 - 020548 Bucuresti

Tel. (021) 210 89 08 - (021) 210 89 28, Fax (021) 212 35 61

E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro

REPUBLIKA HRVATSKA - VB Z.d.o.o., Goranska 12,

10010 Zagreb, Tel. (01) 6235 626, Fax (01) 6235 418





E-mail: andreja.crnicki@vzb.hr - Website: www.vzb.hr

SCHWEIZ/SUISSE - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG

Hintergasse 16, Postfach, 3360 Herzogenbuchsee,

Tel. 062.956.44.44, Fax 062.956.44.54,

E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch



SERBIA & MONTENEGRO - PLANETA A.S.

Resavska 30 B, 11 000 Beograd, SCG, Tel./Fax +381 11 3243 984,

381 11 3238 392, 381 64 1752 318, E-mail: planeta@eunet.yu

SLOVAKIA - DIDAKTIS Ltd.

Hyrosova 4, 811 04 Bratislava

Tel. (02) 5465 2531, Fax (02) 5465 3181

E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk

SLOVENIJA - SAMO UK d.o.o.

Metelkov dvor 6, 1290 Grosuplje,

Tel. (01) 542 1124 Fax (01) 542 1125

E-mail: samouk@siol.com - Website: www.samouk.si

SOUTH AFRICA - INTERNATIONAL JOURNALS CC,

P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 Johannesburg,

Tel. (011) 485 5650, Fax (011) 485 4765,

E-mail: ijournals@netactive.co.za

SVERIGE - BETA PEDAGOG AB,

Box 58, 430 17 Skällinge, Tel. (0340) 35505, Fax (0340) 35481

E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se

Website: www.beta-pedagog.com

TAIWAN - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.

2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, Taipei

Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893, Fax (02) 2331 1316

E-mail: central2@ms24.hinet.net

TÜRKIYE - İBER DIS TICARET LTD ŞTI

Bagdat Cad. No. 193/8, Ari Apt. Kat: 2, Kadiköy, İstanbul,

Tel. (0216) 368 4250, Fax (0216) 368 5568,

E-mail: iber@eli-iber.com - Website: www.eli-iber.com

UK - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD

Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PD,

Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137

E-mail: jar@esh.co.uk - Website: www.esb.co.uk

UKRAINE - U.C.I.E. - 16, Lipska St. - Kiev 01021

Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073,

E-mail: ucie_education@hotmail.com

URUGUAY - EQ OPCIONES EN EDUCACION

Soriano 1162, 11100 Montevideo

Tel. (02) 900 9934, Fax (02) 487 3965,

E-mail: opciones@dinet.com.uy

USA - (known office of publication)

MIDWEST EUROPEAN PUBLICATIONS INC.

8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076, Tel. (847)676 1596 X 109, Fax (847) 676

1195, E-mail: e.mitas@distribooks.com - Website: www.mep-eli.com

TOT (Latin edition IUVENIS, USPS 004169, Year 2006/2007, Issue 1)

is published 6 x a year (October, November, December, February, March, May)

for a subscription price of \$ 22.50 per year by ELI, 62019 Recanati, Italy.

Periodicals postage paid at Evanston, IL. Postmaster: send address changes to:

IUVENIS, MEP, 8124, Ridgeway, Skokie IL 6020076

© ELI Italy 2006

HAUD PERMISSA OMNINO HUIUS LIBELLĪ VETĀTUR CONDUCIPATIO QUOLIBET INSTRUMENTO FACTA, ETĀM

PHOTOTRANSCRIPTIONĪ RATIONE. QUAMVIS AD USUM SCHOLĀSTICUM PRIVATIVUM PERTINET.

PHOTOGRAPHĒMATA: QUOD AD DUPLICATIONĪS IURA PERTINENT EDĪTOR PROHĪTĒTUR SE ESSE PROMPTUM ILLĀRUM

IMAGINUM, QUĀRUM FONTES REPERIRE NON LICET, IURA REPENDERE.

P. 3: Taipei Financial Center, quod altum est 508 metra. **P. 4:** E pluribus unum. **P. 6-7: Qualls terror** 1-2-4-5-7. **P. 8-9:** A. **P. 13 Rōmulus et Remus:** Martis, Aeneam combatentes. **Rheae Siviae,** Amulii, Iulii, Faustulus, Remum. **Nomen Romae:** 1. e vocābulo Rhōme, quod significat "vis", 2. e nōmine unius e Troianis, qui 4. verum. **P. 14 Verba celata:** terror, liber, discipulus, ferricus, ulāre, iulāre, timere, timore, intirā, nimis, defēnsio, cur, aliēnus, ubi, nomen, verus: clausrophobia; **Rōmulus:** 2.

SOLUTIONES

Imágenes et verba

Quid agant animália

